



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Vita P. Balthassaris Alvarez, Societatis Iesv Religiosi**

**Puente, Luis de la**

**Coloniae Agrippinae, 1616**

Cap. XII. Mittitur Metinam de Campo, & Anno 1567. Profeßionem edit  
quatuor Votorum, quam seruauit

**urn:nbn:de:hbz:466:1-43347**

## CAPUT XII.

*MITTITVR METINAM DE  
Campo, & Anno 1567. Professionem e-  
dit quatuor Votorum, quam ad  
vnguem seruauit.*



Vm opera à Patre Balthassare A N N O  
Abulæ præstita apertum adeò 1566. 1567.  
testimonium darent magni e-  
ius talenti & Zeli ad animas ad  
perfectionem dirigendas ac  
deducendas : operæ pretium  
iudicarūt Superiores Metinam  
illum mittere , vt Rectorē & Tyronū Magistrum  
ibi ageret, eadem ratione nostros ibi dirigeret, ac  
iuuaret. Migravit itaq; Metinam de Campo Anno  
1566. post Festū Epiphaniæ. Sed priusquam refera-  
mus, quæ illic in proximos egit: expediet duo pre-  
mittere præclara, quæ illi in eodē loco euenerunt  
Anno 1567. Nā primo die Maij eius anni edidit sol-  
lennē Professionē, quam in Societate appellamus  
Quatuor Votorū, qui maxim⁹ est gradus in nostra  
Religione: quo illa viros reputat in virtute ac li-  
teris consumatos, quos ad eā admittit. Quēadmo-  
dum enim in Catholica Ecclesia duplex est Perfe-  
ctionis Status: alter ad eā assequendā tendentium;  
alter eandē docentium: primus est Religiosorum  
proprius qui (teste S. Thoma cùm de his statibus 2.2.q. 186.d.  
agit) non tenentur statim esse perfecti; sed per 1. ad 3. 3. &  
media, quæ ipsorum Institutū præscribit, ad eam 2.ad 1.  
contendere. Secundus est proprius Episcoporum,  
qui tenentur esse perfecti: quia sicut nemio potest  
esse

esse in aliqua scientia Magister, in qua non sit perfectus: ita, qui ratione sui status est constitutus i perfectionem docendam, debet esse in illa perfectus. Sed quoniam Episcopi non possunt assistere & per se ipsos attendere omnibus ministeriis, quæ talis doctrina complectitur, adsciscuntur suos Coadiutores, animarum Pastores, & alios Ecclesiæ ministros: ita, inquam, S.P. noster Ignatius, cælesti luce illustratus, instituit in Societas diuersos status & gradus cum aliqua similitudine, ac proportione ad eos, qui sunt in Ecclesiæ nam Tyrocinio finito emittuntur tria substantia lia Religionis vota, quibus emissis nouitij sunt in re Religiosi, ac proinde tenentur ad perfectos nem teñdere, per media, quæ Societas illis suis legib. ac Regulis prescribit. Et hic status durat tempore studiorū, quod ordinariè est septem annorum. quo tempore scientias addiscunt ad nostrum ministerium aptè peragenda necessarias: quibus studijs absolutis habent adhuc tertium annum Probationis, in quo spiritum renouant, & ex insitio sese applicant ad exercitia virtutum instar Tyrionum. Et cum sint Sacerdotes, exercent ad aliud tempus aliqua ministeria; studentes interiæ propriæ perfectioni consequendæ iuxta nostrum Institutum: quo tempore Superiores obseruant & experientiâ ipsâ discunt talenta illorum in virtutibus, literis, prudentia, & actione cum promis. In quibus omnibus dum vident, sibi satisfactum; & quod illi sint viri consummati & perfecti, eos admittunt ad solennem QVATORVM Professionem: in qua vltra ordinaria tria Paupertatis, Castitatis, & Obedientiæ, adduntur

qua  
Pon  
eun  
illo  
del  
&  
ster  
nis  
qua  
gna  
&  
non  
quo  
Cor  
tas p  
hæc  
grad  
esse  
diu  
abn  
cogn  
hui  
posi  
inse  
Co  
fess  
re,  
sp  
nat  
fo  
cie  
ne

quartum specialis OBEDIENTIAE Summo Pontifici circa Missiones, quo se obstringunt ad eundem ad quamcunque orbis partem, quod ipse illos mittere voluerit, siue ad fideles, siue ad infideles, ad dilatandam scilicet Catholicam fidem, & promouendam salutem animarum per ministeria lectionum, Concionum, & Administracionis Sacramentorum, & reliqua nostri Instituti: ad quae praestanda necessaria est valde heroica resignatio, virtusque valde perfecta, cum insigni Dei & proximorum amore & charitate. Ac propterea non est tempus prescriptum, aut limitatum, intrâ quod haec Professio fieri debeat, iuxta nostras Constitutiones à Summis Pontificibus approbatas præcipue in quadâ bulla Gregorij XI V. cuius haec sunt verba: *tempus promotionis ad huiusmodi gradus nullo modo volumus certum, seu determinatum esse: sed selectos spiritus, & doctrinæ viros, & multū, diuq, exercitatos, ac in variis probationib. virtutis, & abnegationis sui ipsorum cum omnium edificatione satis cognitos, ad professionem esse admittendos.* Et quoniā huiusmodi in spiritu & literis conspicui viri non possunt esse multi: constituit S. P. noster Ignatius inferiorem alium gradum minus peritorum, quos Coadiutores vocat, quorum sic munus, ipsos professos in eisdem erga proximos ministerijs iuuare, qui tamen quarti voti obligatione non subeunt.

CVM igitur P. Balthasar adeò esset in virtute, spiritu, & scientia conspicuus, eisque talentis ornatus, ut supra diximus, ad ministeria Societatis fœliciter praestanda duodecimo post suum in Societatem ingressum anno admissus est ad Professionem solennem quatuor Votorum. & quamvis non

ut ne-

sit negandum, aliquid honoris hic esse, quatenus  
est quoddam testimonium, quo ipsa Religio eum  
approbat in virtute & literis, quem ad Professio-  
nem admittit: reuera tamen non honoris cau-  
talis gradus confertur; sed maioris oneris: cum  
nullum propterea priuilegium aut Exemptionem  
habeant à regulis & obligationibus reliquorum  
sed potius exactiorem habent obedienciam & pa-  
upertatem, cuius speciali voto se etiam obstringunt  
nunquam eam relaxadi, nec dignitatē aliquā quā-  
rendi intra, aut extra ipsam Societatem; nec vilam  
extra illam acceptandi, nisi ab eo iubeantur, qui  
possit sub poena peccati eam eis imponere. Sed il-  
le maior est honor, si quis sit in explēdis suę pro-  
fessionis obligationib. exactus: ( quod Apostolus  
2 Tim. 4.5. vocat a ministerium suum implere) quas P. Baltha-  
sar cū magna excellētia expleuit, nō minus quam  
voti, quam reliquorū trium, vt suprà diximus. Nō  
propria Professorū Societatis vocatio similis ei  
vocationi Apostolorum, qui non alligabātur ali-  
cui loco, sed per varia loca & prouincias, quæ il-  
lis obtigerant, excurrebant, prædicantes Euange-  
liū: quāuis in aliquibus hæserunt diutiū, in quib-  
us copiosiores collegērunt fructus: ita nostra vo-  
cationis est diuersa loca peragrare, & vitam agere in  
quāuis mundi plaga, vbi maius Dei obsequitum, &  
animarum auxilium speratur. Et quocunq; Summus  
Pōtifex, aut eius nomine, aut alio modo Præposi-  
tus Generalis eiusdē Societatis in eū finē nos mi-  
serit: quāuis aliqui ex professis in aliquo loco hæ-  
reant, quando id siue ad gubernandum, siue ad do-  
cendum, siue ob aliam diuini seruitij causam et  
necessarium: dantes operā, vt illum adferant fru-  
ctum,

Etum de quo Christus Dominus dixit : b Ego elegi b *Ioan. 15, 16.*  
vos, & posui vos, vt eatis & fructū adferatis: & fru-  
ctus vester maneat. Hanc locorum varieratem, siue  
obiter in modū Excursionis & Missionis; siue cō-  
stanter diutiū in aliquo hērēdo, explicauit Isaías  
duplici aptissima similitudine, conferens Euan-  
gelicos Operarios c nūibib, quæ à ventis impulsæ c *Isaia 60, 8.*  
volare videntur; & columbis ad feneſtras suas, &  
nidos perniciter volantibus: verè enim nubes  
sunt nō inanes; sed cēlestis sapiētia, ac doctrinæ a-  
qua plenæ, quæ flaru spiritus Sancti & Obediētia  
pulsæ discurrunt pér totum orbem irrigantes ter-  
ram cordium humanorum, vt sanctorum operum  
fructus proferat; & aliquas quidem partes diu &  
abundantius irrigant: quia in eis commorantur;  
in alijs verò non item: eò quod in eis non hæ-  
reant, sed obiter transeant: ita tamen, vt fru-  
ctum etiam aliquem inde colligant. Sunt quo-  
que tanquam columbae velociter ad suos nidos  
aduolantes, in quibus oua deponunt, illisque in-  
cubantes, pullos proferunt: eò quod sint aues  
valde fœcundæ. Nam quamuis ex se ipsis ad quie-  
tem in aliquo angulo magis propendeant, in quo  
orant, gemūt, diuinaque mysteria meditantur, &  
animarum suarum magnum obtinent solatium:  
ibi tamen filios spirituales generant, & ma-  
gna cum perfectione alunt, valdeque veloci-  
ter ad loca diuersa volant, tanquam ad diuer-  
fos nidos: vt in omnibus similes filios progig-  
nant.

T A L I S fuit & quidē cū magna excellentia vita  
P. Balthassaris, præcipue post emissam Professio-  
nem: nam licet valde propenderet, optaretque

I 2 collectus



collectus omnino esse , meditari , orare , & co-  
templari : in quocunque tamen fuit Collegio  
gessit se tanquam columba fœcunda , plures ge-  
nerans filios spirituales ; quos ita educabat , vt es-  
sent viri perfecti . Sed vt fructus eius copiosus  
esset , & ad plures extenderetur , educebat illum  
Deus ex particularibus Collegijs , vt tanquam o-  
nerata nubes tantâ sapientiâ ac doctrinâ , excu-  
rret per varias partes irrigans & fœcundans an-  
tas . Quare illum Merlinâ eduxit , vt Romam pro-  
fici sceretur ; & inde rediens , factus est Castellana  
huius prouinciae Vice-Prouincialis : Ex angulo  
illo Villagarti misit ad visitandam Prouin-  
ciam Aragoniæ , & inde , vt esset Prouincialis Te-  
letanæ : & prius agebatur , vt mitteretur Prouin-  
cialis Peruanae Prouinciae in Regionem adeo ro-  
motam , & infidelibus refertam : ipse tamen ei  
parte sua promptum & absque vlla replica ad illam  
profectionem sese obtulit : ac re ipsa ita fa-  
ctum fuisset , nisi aliunde fuisset impeditus . Es-  
pedita autem vnâ ex illis profectionibus & occa-  
sionibus , aliam similem Deus illi præparabat  
ad quam tanta promptitudine , ac celeritate  
ipse offerebat , sicut ad primam , in quo proinde  
illud implebatur , quod Deus sancto Iob dicit :

*c. Iob 38. 35. c. Nunquid mittes fulgura , & ibunt ; & reuertentur  
Lib. 30. Mor. dicent tibi: adsumus: qua sententia ( vt Sanctus Gres-  
cap. 2. gorius exponit ) insinuare voluit Deus , à di-  
no suo consilio & voluntate mitti operarios Eu-  
angelicos ad varias mundi partes , instar velocissi-  
morum fulgorum , vt illustrent & accendat an-  
tas in amore & obsequio sui Creatoris . Q  
missione expedita reuertuntur ad ipsum , gloriam*



cantes, gratiasque ei agentes ob fructum produc-  
tum, qui verè ipsius est: & iterum eidem se offe-  
rentes, ac dicentes: ecce adsumus prompti, ut nos  
quocunque placuerit mittas. Quos cùm diuina  
Majestas adeò gratos experitur nouas illis offert  
occasions, quibus magis ipsi proficiant, & copio-  
siores fructus colligant, quod fecit Pater hic Bal-  
thassar vbiunque fuit, vt ex ijs apparet, quæ fecit  
Abulæ; & magis apparebit ex dicendis, quæ alibi  
fecit.

## CAP V T XIII.

HOC IPSO ANNO LARGITVR

*Ei Deus insigne Orationis & Contem-  
plationis donum, cum duodecim  
stupendis fructibus: rem to-  
tam refert ipse Supe-  
riorum iussu.*

O C ipso tempore plus minus  
expleti sunt sexdecim anni,  
quibus Deus P. Balthassarē cō-  
tinuit in ordinaria orationis  
ratione & via, mentis scil. ra-  
tiocinatione & meditatione:  
quam incepérat quatuor annis  
ante ingressum in Societatem: incepit enim huic  
orādi modo vacare (vt cap. i. est indicatum) Anno  
1551. ab eo, inquam, tempore, ysque ad Annū 1567.  
quo suam edidit professionem elapsi sunt. 16. præ-  
dicti anni: quo tempore exaltatus à Deo fuit ad  
excelsiorem orationis rationem, quietis scilicet  
& unionis; & ad perfectam illam quietamq; con-

I 3 tem-